RVINARVM ARCIS BRITANNICÆ APVD BATAVOS TYPVS.
Hollandiæ pars.
Rhenus fluuius
Catwijck op den Rhijn
Catwijck op Zee
duijnen vocant
Germanici maris pars.
Hac forma, huius Castri ruinę A°. 1520. 1552. et 1562 Oceani inundatione apertę ſunt: Ibideq́ʒ hę marmoreę inſcriptiones, rudera, fragmenta, multaq́ʒ numiſmata, hic inferius delineata, reperta ſunt. Indeq́ʒ in Hagam comitis, vbi nunc Hollandorum Curia est, in ędes Dn̄i de Waſsenaer, vbi etiamnum hodie viſuntur, tranſlata.
IMP. CAES. L. SEPTIMIVS SEVER VS. AVG. E. M. AVRELIVS. ANONIN VS. CÆS. COH. XV. VOL. ARM MENARIVM VEVSTAE. CON. A BSVM RESTITVERVN. SVB VAL. PV DENE LEG. AVG. PR. PR. CVRAE. CAE. CELI. BAE PRE
IMP. CAES. M. AVREL. ANTONIVS.
BRITANNIC. GERMANIC. PIVS FELIX AVGVSTVS PONT. MAX. TRIB. POT. XVIII. COS. IIII. P. P. IMP. III ARAM. A. DIVO. CLAVDIO. ET. POSTEA. A. DIVO. SEVERO. PATRE. SVO. RESTITVTAM.
L. SEPTIMIVS SEVERVS PERTINAX. AVG. IMP. V.
SEVER. PIVS. PERT. AVG. P. MAX. TRIB. POT. XIII ANTONIN. PIVS. AVG GER. MILT. LEG. I. M. ENDIOR
38
Abſoluta huius tabulę delineatione Candidiſs. ſpectator, miſit ad me hanc vetustam inſcriptionem Hubertus Goltzius, antiquitatum perſcrutator diligentiſs. ex antiquo marmore huius arcis ab ipſo deſcriptam; quę cum manca ſit, his marginalib⁹ addítamētis ſuę integritati reſtituta videtur. eā minimè ꝑtermittendā duximus, cum ex ea huius armamentarij vetustatem, et auctores liquido cognoſcimus: vtpote quod à Claudio Cęſare (cui etiam Hollandię annales hanc arcem tribuunt) in ſua nēpe expeditiōe Britannica, cuius Suetonius et Dion meminerūt ſiue in cōmodiorem legionum cohortiumq́ʒ trāſuectionē, ſiue quo milites hibernarent, primo extructum ſit eo loci forſan vbi C. Cæſar antea in monumentum debellati Oceani, vt Suetonius auctor est, Pharum erexerat: ac poſtea à Seuero reſtitutum; conſecratumque à M. Aurelio Antonino. Quod verò Romani ex huius continentis parte in Britanniam traiecerint, ex eo ſit veriſimile, quod aduerſa huic pars insulę locis antiquis, colonijsque maximè abūdet maximèq́ʒ à Romanis culta fuiſse videtur. Vale. Ab. Ortelius.